



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Promptuaria.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

In eadem captâ à Philisthæis, & post tot eorum multiplices clades ab Israelitis receptâ. Vide Dei providentiam punientis fideles ad tempus, & iis postmodum mirabiliter assistentis.

*Promptuaria.*

**I**n inferno *promptuaria*. 4. Esd. 4. Deus nos ab illis præservet. *Plena promptuaria subitè inveniuntur vacua.* 4. Esd. 6. Talis est alternatio fortunæ. Et sic fit, dum cessat divina benedictio. *Promptuaria eorum plena* (sive penuria referta sunt omnis generis annonâ) *eructantia ex hoc in illud.* Ps. 43. Quia cum unum ea non possit satis capere, in aliud atque aliud transferuntur. Hoc fit in domibus, ubi timor Dei, & bona est œconomix administratio. Nobiles & Principes sæpè, quò plus accipiunt, eò plus perdunt. Et ità inveniuntur bursæ cellæ granaria &c. vacua, quasi Diabolus omnia abstulisset.

*Candelabrum, Lucerna.*

**N**on accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra: coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Matth. 5. Movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Apoc. 2. Has minas intentari sibi putet Ecclesiasticus Princeps, nobilis Canonicus, & quivis alius peculiaribus à Deo gratiis cumulatus. Solidis pœnitentiæ operibus sedulus incumbat, & in spiritualibus exercitiis se

recol-